



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivis Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XX. De corpore vitiatis non ordin.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

Ecclesia ipsa, tum a creditoribus, quibus
reliquum debetur, quique ita jure suo
fraudabuntur, si debitoribus, qui se ne-
gotiis alienis sentiunt esse intricatos, &
solvere nolunt, vel saltem solutionem
in fraudem creditorum differre cupiunt,
permittatur, ut ad Ordines sacros prope-
rent, & per consequens sese laicorum ju-
e. 12. De
risdictioni subtrahant, certo scientes, *foro com-*
quod Clericus jam factus conveniri apud pet.
tribunal Ecclesiasticum debeat. Unde
& ignominiae nota aliqua redundare
posset in Ecclesiam, quasi illa tales reli-
quatores ad Ordines sacros admittendo, *c.un.b.sit.*
Scan.Le-
in suam eos protectionem reciperet ac *gem dist.*
foveret.

53.

De corpore vitiatis non ordinandis.

TIT. XX.

In ordinatis non tantum dotes animi &
scientia literarum concurrere debent,
sed & corporis dispositio necessaria
est, ut quis sacris initietur, aut initia-
tus ea administret.

1. *Qui dicuntur corpore vitiati?*

*Q*ui defectu membra alicujus vel no-
tabili deformitate vel debilitate, aut
gravi aliquo morbo laborant, veluti lepro-
si, paralytici, epileptici &c.

2. *Quis*

2. *Quis defectus obstat ordinationem?*
c. cult. hoc Defectus membra, quo ministerium
t. & c. 2. dinis, ad quem quis aspirat, impedit
de Cler. ut si Sacerdos fieri velit, qui pollic
egrot. ret, vel digitis ad celebrandum na
riis, vel altero oculo, ac potissimum
stro, quem oculum Canonis vocant.

3. *Quid si defectus hujusmodi sacramentorum impedit functionem?*

Repellitur nihilominus defectus promoveri desiderans, si defectus bilem & scandalo dignam deformecum trahat, ac multo magis, si que simul concurrat: veluti Preceptorius duo digiti cum medietate a prædone abscissi erant, non permissionem celebrare; quia nec secure, Pont. propter debilitatem, nec scandalo, propter deformitatem membrorum fieri permittimus.

d. c. 2.

4. *Quid si amissio membra tale sit, quod neque functionem impedit, notoriam habet deformitatem?*

Vitium ejusmodi etiam eo affectum habet ordinari cupientes, saltem tantum donec a S. Pontifice gratiam dispensatur.

De bigamis non ordinand. 61

nis obtainere meruerint: veluti qui non quidem casu, sed vel facto proprio, aut jussu, vel culpa seipsostr castraverint.

De Bigamis non ordinandis.

TIT. XX.

Bigami quoque non minus, quam corpore vitiati, vel ex illegitimo toto natu, sunt irregulares, id est, tam sacrorum Ordinum, quam ministerii, quod illis annexum est, incapaces.

1. *Quid est ergo Bigamia?*

Est irregularitas impediens ordinatio-*c.1. & 2. b.*
nem, ex defectu Sacramenti proce-*e.c.33. inf.*
dens; ut si secunda ducatur uxor, aut *De testi-*
vidua. *bus.*

2. *Quotuplex est Bigamia?*

Triplex, Vera seu proprie dicta, Interpretativa & Similitudinaria seu metapho-
rica.

3. *Quae dicitur vera Bigamia?*

Quae ex dupli & iterato proprio re-
sultat matrimonio; ut si aut maritus duas
habuerit uxores, aut uxor duos maritos, *c.3. b.t.*
aut viduus ducat viduam.

4. *Qua*